



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 97. Papa Florentia Bononiam & Ferrariam profectus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. gesimo sexto typis edita prodiit. Exstat  
 A C. 1450. quoque ejusdem Summa Theologica in  
 Germania iterato prælo excusa, opus  
 plane ceteris præstantius, magisque elab-  
 oratum, quod in quatuor partes di-  
 sum, ab ipso Autore paucis ante obitum  
 suum annis secundis curis recognitum  
 fuit. Scripsit præterea aliam summam  
 casuum conscientiæ; Tractatum de ex-  
 communicatione, aliisque censuris ecclæ-  
 siasticis; Trialogum de duobus discipulis  
 euntibus in Emaus, ac denique Tracta-  
 tum de virtutibus, & notis donationis  
 a Constantino factæ.

## §. XCVII.

*Papa Florentia Bononiam &  
 Ferrariam profectus.*

Papa, justis Sancto Antonino, perso-  
 lutis, Florentia Bononiam venit,  
 quæ urbs erat Romanæ Ecclesiæ do-  
 minio subjecta, frequenter tamen sum-  
 mis Pontificibus rebellis, & nequidem  
 eo tempore iisdem plena submissione ad-  
 dicta. Quapropter Pius Papa haud diu-  
 turnam ibidem trahens moram, brevi  
 Ferrariam contendit, ubi per honorifice  
 exceptus est a Borsio Estensi Marchione,  
 qui vulgo *Borsius Nothus* appellatus uxo-  
 Brutus lib. 5. rem nunquam ducere voluit, ut Princi-  
*Hist. Flor.* patum Herculi Fratri suo debitum, quem  
 usur-

usurpaverat, post obitum suum legitimo Sæcul. XV.  
hæredi relinquenter. Marchio se a Pon- A. C. 1459.  
tifice Ducem Ferrariae, sine tributo, at-  
que censu creandum, colendumque spe-  
rabat, verum sua eum spes fefellit; hanc  
enim prærogativam primum Paulo II. re-  
gnante obtinuit. Ibidem nonnulli scientia  
præstantiores Viri eo tempore Ferrariam  
confluebant, ac Pii II. merita dignis  
elogiis, atque orationibus celebrarunt.  
Hos inter præter alios plures eminuere  
Guarinus patria Veronensis, qui tum  
literas humaniores græcas, atque lati-  
nas magno cum auditorum applausu  
docebat, necnon Joannes Aurispa Si-  
culus, qui prope nonagenarius omni  
scientiarum genere exultus floruit.

### §. XCVIII.

#### *Poggii Florentini obitus.*

Hoc anno die vigesima nona Octobris *Comment.*  
Poggius Bracciolinus, qui Terræ- *Pii II. lib. 2.*  
novæ in Florentinorum ditione Anno *Paul. Jov.*  
supra millesimum trecentesimo octogesi- *in Elog.*  
mo erat natus, & a Cosma Medicæo *In Fastic. re-*  
Florentiam accitus, ibidem vivere desiit; *rum tom. I.*  
Hic ad posteros transmisit relationem  
supplicii Hieronymi Pragensis, quam ad  
Leonardum Aretinum perscripsit. Ex-  
stat illa apud Gratium in ejus Fasciculo,  
Vonder-Hartium, & alios. Scripsit præ-  
*Hist. Eccles. Tom. XXVIII. P p terea*